



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

Lugduni, 1652-1663

10. De Diuortio ob hæresim, vel apostatiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80577)

Sect. I. De Matrim. Essentia, Recep. Sent. 57

ab eo diuertere. Nauar. lib. 4. consil. consil. 1. de diuor. Reginald. lib. 3. numero 321. Henricu. libro 11. capite 17. Sanchez libr. 10. d. 7. numer. 4.

118 Innocens coniux antequam status alterutro mutetur, potest facto diuortio, adulterium cogere, vt ad se redeat. Quia sententia diuortij facta est in pœnam adulteri, & in fauorem innocentis, vnde iuri suo renuncians, potest illum in amicitiam reuocare. Ponti. lib. 9. cap. 19. num. 3. & 4. Diana part. 3. tractat. 4. resolut. 257. Azor. tom. 1. libr. 13. caput. 14. Coninch. d. 35. dub. 1.

119 Nulla actio requiritur coniugi adultero, vt illam diuortij sententiam. Quia retractandum non est, quod semel recte fuit definitum: & sententia diuortij non fertur sub conditione in fauorem rei, sed absolute fertur in illius odium. Integrum tamen est Iudici, vt eos ex officio conciliet, illos cogens, quando adest scandalum, vel manifestum innocentie periculum. Hinc fornicationi dans operam post diuortij sententiam, non tenetur admittere adulterum à se dimissum, donec per Ecclesiâ compellatur. Imò nec tenetur fateri crimen coram Iudice ex officio procedente, nisi iuridice interrogatus. Reginald. libr. 31. numero 330. Henricu. libr. 11. capite 17. numero 3. Filliuc. tractat. 10. numero 378. Sanchez libr. 10. d. 9. numer. 10.

140 Verum quando coniux innocens mutauit statum, vel quia in Religione professionem emisit, vel quia Ordine Sacerdotis est initiatus, & postea fornicatus, non potest reddi adultero relicto, neque officio Iudicis. Quia iam Monasterio, vel Ecclesiâ ius est acquisitum, quod non debet ob delictum amitti. Idem dixerim, si innocens sit fornicatus post sententiam, sed ante status mutationem. Nam si postea mutet statum, non potest compelli ad reditum cum vxore. Quia vxor priuata est omni iure, & Iudex ex officio non debet perfectionem statum impedire. Filliuc. tractat. 10. n. 379. Sanchez libr. 10. d. 9. num. 35.

141 Quando adulterium est notorium, vel post sententiam diuortij, coniux innocens potest emittere votum simplex castitatis adultero inuito, vel ad Religionem transire, vel Sacris Ordinibus initiari. Quia coniux adulter priuatus est omni coniugali iure. Nec propterea necesse est adulterum etiam profiteri, sed potest manere in seculo etiam absque castitatis voto. Sanch. libr. 10. d. 11. num. 16. Coninch. d. 35. dub. 5. Reginald. libr. 31. num. 326. Bonacin. hic. qu. 4. punct. 5. num. 23. Caueat tamen innocens, ne Ordines Sacros suscipiat, (addit Bonacin.) aut Religionem ingrediat, quando delictum alterius coniugis est occultum. Quia fieri potest, vt non probato delicto, vxori adulteræ restitatur, aut sequatur scandalum.

142 Innocens coniux copulam sponte habens cum adultero coniuge etiam occulto, siue petendo, siue reddendo, modò adulterij sit conscius, censetur adulterij iniuriam condonare: ac proinde deinceps, non erit sibi integrum facere diuortium. Quia copula illa amicitie est actus, & caro antea per adulterium diuisa ad vniionem restituitur, & fit vna cum innocenti caroi, & hoc verum siue copula fiat ante, vel

post diuortium celebratum. Retentio autem a Iulteri apud innocentem censetur etiam condonatio, modo innocens sit certus de adulterio, & ipsum sit ita publicum, vt nulla possit tergiversatione celari. Idem asseruerim, si innocens sponte, & scienter familiarem sese exhibeat adultero, colludendo, ridendo, ac comedendo cum eo: & à fortiori si oscula, & amplexus intercedant. Porro hæc tacita condonatio solummodò præsumptione nititur, non veritate; quare si sit animus non condonandi, non erit in conscientie foro. In foro tamen externo præsumitur. Quia nullum ius decernit, esse condonationem. Graf. 2. part. lib. 1. cap. 12. num. 84. Lopez part. 1. Instruit. cap. 295. Angles flor. 1. part. de Matrim. quæst. 9. de diuor. artic. 1. Sotus in 4. d. 36. qu. vii. art. 1. Syluest. verb. Diuortium, qu. 9. Filliuc. tractat. 10. num. 293. Henricu. libr. 11. cap. 17.

CAPVT X.

De Diuortio ob hæresim, vel apostasiam.

143 Altera causa diuortij iure diuino naturalis, & humano Ecclesiastico est hæresis, vel apostasia à fide, in qua alter coniux labitur. Est de fide in Tridentino sess. 28. can. 8. definita veritas, contra quosdam hæreticos admitteutes solam fornicationis causam ad diuortium gerendum. Est tamen inter has causas discrimen, quia ob fornicationem conceditur diuortium perpetuum ob alias autem causas nempe hæresim, inductionem ad crimina, & sceleritiam, solum est ad tempus, quo durat. Quia causa in fornicatione est ex ipsa coniugij natura, eo quod fides promissa violata fuit, cum autem hæc sit perpetua, ita & dimissio. Cæteræ autem causæ cum non sint ex coniugij natura, perpetuæ non sunt, ac proinde tantummodò dum ipsæ permanent, diuortium permittitur. Bellarm. lib. 1. de Matrim. cap. 14. Nauar. cap. 12. num. 21. Sanchez libr. 10. d. 15. numer. 2.

144 Coniux Catholicus potest autoritate propria, imò tenetur à coniuge hæretico non respicienti recedere. Quia ius naturæ obligat proprium animæ periculum cauere. Verum postquam accessit Ecclesiæ sententia damnans hæreticum, in pœnam admissi hæreseos criminis Ecclesiâ facit ius coniugi Catholico in perpetuum diuertendi ab hæretico etiam respicienti. Antè sententiam verò, & condemnationem hæretici tenetur Catholicus respicientem admittere ad coniugale consortium. Hinc coniuge hæretico iam Ecclesiæ sententia damnato, integrum est Catholico, ad Sacrum Ordinem transire, sicut & ad Religionem, votòve castitatis se adstringere in seculo. Ipse verò hæreticus iam damnatus posset etiam ad Religionem transire, obtenta prius Catholici licentia; vel sine illa si iam ipse Catholicus sit professus, vel Ordines Sacros susceperit. Filliuc. tractat. 10. num. 396. Sanch. libr. 10. d. 15. num. 9. Rodrig. tom. 1. sum. cap. 130. num. 2. conch. 2.


COBAR

206 More
M. III. IV.

E. IV.

concl. 2. Porti. lib. 9. cap. 2. num. 3. Diana part. 6. tracl. 7. resolut. 25.

145 *Ante sententiam suam non potest adulter suum delictum cum heresi alterius coniugis compensare. Et num fieri possit post sententiam?*
Ante sententiam de heresi non potest compensare adulter suum delictum cum heresi. Quia ante sententiam, non est sufficiens causa diuortij nisi ad tempus, dum scilicet non respicit: postquam autem est emendatus, tenetur adulter illum recipere; unde hereticus ante sententiam condemnatoriam potest ab adultero diuertere: non hic ab illo, nisi ad tempus. Post sententiam autem, quamvis probabile sit, utramque fornicationem, carnalem scilicet, & spirituales posse compensari: receptiori ex sententia non potest hereticus uti adulterio pro compensatione. Quia ipsi diuortium est in poenam heresis, & adulterium alterius heretici poenam non tollit. Imò compensatio minime datur si uterque coniux sit in heresim lapsus. Atque qui heresis non est damnatus potest diuertere à damnato, & reconciliato: hic autem minime ab illo nisi ad tempus, dum non respicit, & tenetur ad respicientem redire, donec condemnatur. Quia in condemnato inuenitur causa sufficiens perpetui diuortij, in non condemnato autem solummodo ad tempus. Sanchez lib. 10. d. 16. num. 3. & 4. Syluest. verb. Diuortium, quaest. 11. §. 14. Henric. l. 11. cap. 17. num. 6. & 7. Filliuc. traclat. 10. numero 399. Valent. tom. 4. d. 10. quaest. 4. punct. 2.



CAPVT XI.

De duobus aliis Diuortij causis, scilicet inductione ad peccatum, ac Sæuitia.

146 *Inductio ad peccandum causa diuortij non potest grauius (præter adulterium & heresim) tium gerere. Propterea tertiam diuortij causam assignauit Cap. 9. quando coniux à coniuge alter alterius ruinæ. Quia iure naturali, & diuino cuique licet tam corporis, quam animæ periculum præcauere. D. Thom. in 4. dist. 39. quaest. 1. artic. 6.*
Ob aliud crimen à fornicatione carnali, vel spirituali non licet coniugibus diuortium gerere, si illo non pertrahat alterum ad peccandum. Unde quantumvis coniux, aliis grauius sceleribus deditus sit, & incorrigibilis, dummodò coniugem alterum ad delinquendum non inducat, minime ei licet diuortium gerere. Propterea tertiam diuortij causam assignauit Cap. 9. quando coniux à coniuge alter alterius ruinæ. Quia iure naturali, & diuino cuique licet tam corporis, quam animæ periculum præcauere. D. Thom. in 4. dist. 39. quaest. 1. artic. 6.

147 *Speciatim reuocato ad delinquendum coniugis inductiones.*
Hinc iusta causa diuortij erit, si vir sit leno suæ uxoris, vel domi admittat viros parum pudicos, qui absente marito illam sollicitent: & admonitus vir non corrigatur. Item si alter habitare nolit, nisi alter latrocinium exerceat, vel si ad præposteram venerem inducere satagat, vel si alimenta administret ex rebus furto ablati, sciente femina. Henric. lib. 11. cap. 17. num. 7. Nauar. cap. 22. num. 22. Filliuc. traclat. 10. num. 400.

Hoc diuortium ob inductionem ad peccandum, non conceditur perpetuum, sed ad tempus, quo inductio illa ad peccandum durat: & proinde respicientem coniuge ad peccatum inductente, ac seridò conuerso, tenetur alter eum admittere. Unde ratione periculi lapsus in peccatum ad hoc diuortium celebrandum, non est necessaria Iudicis sententia. Quia non est perpetuum. Henric. l. 11. cap. 77. num. 7. Filliuc. tracl. 10. num. 400. Nauar. cap. 22. numer. 22. Syluest. verb. Diuortium, quaest. ultim. Sanch. libr. 10. d. 17.

149 *Quarta causa sufficiens ad faciendum diuortium non perpetuum est sæuitia coniugis, quando est tanta, ut absque graui damni periculo non possit alter cum illo habitare, donec coniux sæuens sufficienter præstet securitatis cautionem. Non solum autem sæuitia præterita iustam exhibet causam diuertendi, non perpetua, sed etiam timor futurae sæuitiæ. Porro huiusmodi sæuitia potest præsumi quandiu vir retinet concubinam domi, vel etiam extra domum. Propterea vxor potest à viro recedere, donec vir dederit sufficientem cautionem pignoratitiam, & fideiussoriam, vel saltem iuramentum expellendi concubinam, illamque in posterum non recipiendi. Item furor alterius coniugis, quando ita est vehemens, ut alter periculum subeat cohabitando. Vel quando vnus coniugum tentauit alterum occidere. Vel quando delictum vnus potest esse alteri grauius damni causa, verbi gratia, quando vxor est venefica, liberorum interfectrix: vel quando timetur, ut enecet virum, est causa sufficiens. Nauar. cap. 22. num. 22. Filliuc. tracl. 10. numer. 402. Sanchez libr. 10. d. 18. Couar. 4. Decretal. part. 2. cap. 7. §. 5. Sylui. in supplem. q. 62. artic. 1.*
Quarta causa sufficiens ad faciendum diuortium non perpetuum est sæuitia coniugis, quando est tanta, ut absque graui damni periculo non possit alter cum illo habitare, donec coniux sæuens sufficienter præstet securitatis cautionem. Non solum autem sæuitia præterita iustam exhibet causam diuertendi, non perpetua, sed etiam timor futurae sæuitiæ. Porro huiusmodi sæuitia potest præsumi quandiu vir retinet concubinam domi, vel etiam extra domum. Propterea vxor potest à viro recedere, donec vir dederit sufficientem cautionem pignoratitiam, & fideiussoriam, vel saltem iuramentum expellendi concubinam, illamque in posterum non recipiendi. Item furor alterius coniugis, quando ita est vehemens, ut alter periculum subeat cohabitando. Vel quando vnus coniugum tentauit alterum occidere. Vel quando delictum vnus potest esse alteri grauius damni causa, verbi gratia, quando vxor est venefica, liberorum interfectrix: vel quando timetur, ut enecet virum, est causa sufficiens. Nauar. cap. 22. num. 22. Filliuc. tracl. 10. numer. 402. Sanchez libr. 10. d. 18. Couar. 4. Decretal. part. 2. cap. 7. §. 5. Sylui. in supplem. q. 62. artic. 1.

150 *Quando diuortium est absolutum, ac perpetuum ratione incorrigibilis sæuitiæ, aut furoris alterius coniugis, licet ad Religionem transitis vel ad Sacrum Ordinem ei qui sanus est, & innocens. Quia est eadē ratio, quæ in diuortio per adulterium, vel heresim. Si verò non sit perpetuum, sed temporale, quale communiter esse solet, non licet. Quia cum diuortium perpetuum non sit, coniugale non est amissum, sed eius executio est temporaliter suspensa. Unde si sanus possit habitare cum altero, non poterit transire ad Religionem. Sanch. l. 10. d. 18. n. 47. & 48. Nauar. conf. 5. de diuor. Henric. l. 12. cap. 5. n. 10.*
Quando diuortium est absolutum, ac perpetuum ratione incorrigibilis sæuitiæ, aut furoris alterius coniugis, licet ad Religionem transitis vel ad Sacrum Ordinem ei qui sanus est, & innocens. Quia est eadē ratio, quæ in diuortio per adulterium, vel heresim. Si verò non sit perpetuum, sed temporale, quale communiter esse solet, non licet. Quia cum diuortium perpetuum non sit, coniugale non est amissum, sed eius executio est temporaliter suspensa. Unde si sanus possit habitare cum altero, non poterit transire ad Religionem. Sanch. l. 10. d. 18. n. 47. & 48. Nauar. conf. 5. de diuor. Henric. l. 12. cap. 5. n. 10.

151 *Apud innocentem est educanda proles, quando culpa alterius coniugum diuortium est factum. Ab hac autem regula aliqui casus excipiuntur. Si parens innocens esset infidelis, factio diuortij apud fidelem, quamvis in culpa fuerit, est educanda. Si mulier ad secundas transit nupcias, tunc apud patrem, etiam si in culpa fuerit, est educanda. Si mater causam diuortij dedit, & ipsa est locuples, vir autem pauper apud matrem soboles est alenda. Denique debet proles educari apud parentem innocentem, rei quidem expensis.*
Apud innocentem est educanda proles, quando culpa alterius coniugum diuortium est factum. Ab hac autem regula aliqui casus excipiuntur. Si parens innocens esset infidelis, factio diuortij apud fidelem, quamvis in culpa fuerit, est educanda. Si mulier ad secundas transit nupcias, tunc apud patrem, etiam si in culpa fuerit, est educanda. Si mater causam diuortij dedit, & ipsa est locuples, vir autem pauper apud matrem soboles est alenda. Denique debet proles educari apud parentem innocentem, rei quidem expensis.